



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

48. Quomodo pueri quidam, contemptis & omiſſis cæremoniis
sacribaptismi baptizati, in morbum incidunt, quibus cæremoniis
postmodum adhibitis conualescunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

326 COLLATION. SACRAR.
tus, metuebat ne quid atrocius in ipsam moliretur. Igne porrò iam accenso, ille protinus vniuersos suos istius nocentissimæ farinæ libros collegit, in ignem coniecit, & combussit, & ad Catholicæ Ecclesiæ gremium reuersus est.

Pueri quidam contemptis & omisis ceremoniis sacri baptismi baptizati, in morbum incidunt, quibus ceremoniis postmodum adhibitis conualuerunt.

CAP. XLVIII.

Prope Delphos contigit pueros quosdam in pagis baptizari, sed spretis & omisis à baptizante ceremoniis Catholicæ Ecclesiæ. Pueri isti postea omnes morbo correpti sunt: Parentes puerorum videntes vltionem diuinam, rogarunt pastorem quendam Catholicum Delphis tunc agentem, vt ceremonias, quas sciebant antiquitus ritu Catholico adhibitas, nunc verò omissas, supplere non graueretur. Quo peracto, mox omnes illi pueri languentes & infirmi conualuerunt. Id nobis narrauit quidam S. Theol. Licentiatuſ, vir doctrina & integritate vitæ commendatissimus, qui ex ore ipsius pastoris Catholici rem hanc, vt gesta, est cognouit.

De infirmo quodam, qui multis hereticis ipsum alloquenibus, solius pastoris Catholici vocem & verba intelligere potuit.

CAP. XLIX.

Idem pastor Catholicus vocatus ad quendam